



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 89. Aliæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. pedes Evangelizantium pacem, ut con-
 A. C. 1655. terantur arcus, & sagittæ, atque im-
 peret Deus ventis, & faciat tranquil-
 litatem, quam per vos præsertim assequi
 vehementer optamus, vobisque Apostolicam
 benedictionem permanentem impertimur.

§. LXXXIX.

*Alia Ejusdem Pontificis Consti-
 tutiones.*

*Hode in vita
 Lud. XIV.
 p. 307. t. 2.
 Nani Hist.
 Venet. l. 6.
 pag. 289.*

Quantumvis Alexander VII. Papa non-
 nisi ad magna natus Pontificatus
 sui initio suas curas, vires, potentiam,
 auctoritatemque in commune Ecclesie
 ac Regnorum commodum effundere
 crederetur, non deerant tamen, qui
 illum in minimis abundasse & in ma-
 ximis defecisse arguerent: unde Ro-
 mani pro solita sua convitiandi libidine
 Alexandrum hac satyra desiniebant:
*Minimus in Maximis, Maximus in Mi-
 nimis.* Liberius quoque Joannes Ba-
 ptista Nani de eodem refert, quod in
 primis Pontificatus sui auspiciis, „quid
 „quid de illo divulgabatur, nil nisi in-
 „solitum, generosum, & magnum spi-
 „rarit, animumque a carne & sanguine
 „alienum, inflexibilem ad omnia, quæ pri-
 „vatum commodum, & humanam imbe-
 „cillitatem redolent, præsetulerit: cele-
 „brabatur ejus assiduitas in pervolvendis
 „San-

„Sanctorum Pontificum Historiis: ver- Sæc. XVII.
 „bo, audiebantur nil nisi voces antiqui A. C. 1655.
 „sæculi dignissimæ, atque æternitatis
 „opera: Verum ea est humana imbe-
 „cillitas, ut non raro præcipue in Prin-
 „cipatibus per electionem acquisitis,
 „adorati Colossi luteis insistant pedibus,
 „& ex privata vita ad Imperium ele-
 „vati, adimpletis primis desideriis an-
 „tiquas passiones ad animum revocent,
 „necnon evaporatis propositis, ac con-
 „siliis jam dudum mente conceptis spi-
 „ritus langueat, & citato pede fervor
 „in tepiditatem degeneret, ac denique
 „gloriæ fama in contemptum vertatur.
 „Sic quoque Alexander brevi in primo
 „ardore refrigescens, & ab usitata Au-
 „stæ Romanæ aura, necnon a consul-
 „toribus privati questus studiosis sedu-
 „ctus, sese suorum consanguineorum
 „potestati tradidit, privatumque com-
 „modum cum publicæ utilitatis sollici-
 „tudine combinari posse credidit, de-
 „mum vero vana ædificia & superflua
 „ornamenta erigendi purigine abreptus,
 „omnem vastorum consiliorum suorum
 „ambitum, ac Regiminis sui curam in-
 „ter domus suæ angustias, & Romanæ
 „Urbis mænia restrinxisse visus est.
 „Ita ille de Alexandro, minus tamen
 „æquum fuisse illius iudicium, testantur
 „præclara omnino facinora, quibus hic
 Pon-

Sæc. XVII. Pontifex nomen æterna memoria dignum sibi comparabat: non infortunatum quoque condignæ laudis argumentum suppeditant saluberrimæ ejus Constitutiones, quibus Ecclesiam, Clerumque ab omni vitiorum labe expurgare, novoque nitore exornare, indelesso studio intentus erat: ac præprimis hoc anno die quinta Julii decretum editum contra Superiores Congregationis Cælestinorum Ordinis S. Benedicti, quod favores extra suum Ordinem respicientes, officia, dignitates ac gratias concedunt, necnon contra eosdem Monachos, qui ejusmodi favores conquirunt: quoniam vero ejus Prædecessor Innocentius X. quosdam exiguos Regularium Conventus jurisdictioni Ordinariorum subjecerat, hinc varia inde exorta dubia sacræ Regularium Congregationi dissolvenda proponebantur, quæ etiam ab eodem Alexandro Papa die vigesima septima ejusdem Mensis fuere confirmata. Erant autem dubia sequentia. I. An possit Episcopus prædictis Conventibus amovere Religiosos?

II. An Regulares eorundem Conventuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis?

III. An

III. An Episcopus in eisdem Con-
ventibus se ingerere possit in his, quæ
regularem disciplinam concernunt?

Sæc. XVII.
A. C. 1655.

IV. An Ecclesiæ dictorum Conven-
tuum, & Capellæ Granciarum, in qui-
bus degunt conversi pro agrorum cul-
tura, ab Episcopo visitari possint?

V. An ipsæ Granciæ, & Conversi
in eis degentes subsint visitationi Epi-
scopi?

VI. Quid in Ecclesiis, seu Capellis
Granciarum, in quibus nullus degit
Conversus, an similiter subsint Episcopi
visitationi?

VII. An jurisdictio Ordinariis loco-
rum tanquam Sedis Apostolicæ Dele-
gatis attributa in supradicto Decreto
competat Vicariis generalibus Episco-
porum, necnon Abbatibus, & aliis
inferioribus Prælatibus, proprium Terri-
torium, ac jurisdictionem quasi Epi-
scopalem habentibus?

VIII. An Provinciales, & alii Su-
periores Regulares possint ejusmodi
Conventus jurisdictioni Ordinarii sub-
jectos, & Religiosos in illis degentes
visitare, corrigere, & punire, omnem-
que jurisdictionem in eos exercere, sicut
poterant ante dictum Decretum?

Ad hæc dubia S. Congregatio affir-
mando respondit: dubitabatur insuper:

Sæc. XVII. I. An Episcopus in Conventibus suæ
 A. C. 1655. jurisdictioni subjectis possit Abbates,
 Priores, Guardianos, & alios Superiores
 locales deputare, & familiares
 constituere?

II. An liceat Episcopo visitare Conventus tam suppressos, & postea relictos, quam non suppressos ad effectum cognoscendi, an in illis reipsa aliam sex Religiosi?

Id minime licere, responsum est antequam aliunde constet de fundamento Intentionis Episcopi in deficienti numeri constituti.

III. An Episcopus visitans huiusmodi Conventus suæ jurisdictioni subpositos, aut personas in eis degentes possit a visitatis procuracionem exigere in victualibus, vel in pecunia?

R. Expedire, ut Papa decernat, declarat, id non licere Episcopis.

IV. An Episcopus, si Superior Regularis in causa prævenit contra debitum degentem in ejusmodi conventu Ordinariis subiecto, fabricando prosum, vel eum incarcerando, possit huiusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere R. non posse, nisi ex causa veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio vel amore, cupiditate vel metu, aut ex nimia severitate, & indulgentia quid durius, aut remissius

constituere, quam causa deposcit, in Sæc. XVII. A.C. 1655.
 quo ipsius Episcopi conscientia operatur.

V. Utrum, si e contrario Episcopus ita præverit, Superiori Regulari eo casu liceat talem Religiosum amovere, & ad alium Conventum mittere, & si miserit, an Episcopus possit causam prosequi, & Religiosum amotum ad primum Conventum revocare R. non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum a loco amovere, etsi amotus fuerit, posse Episcopum causam prosequi, & illum quibuscunque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio sæculari, si opus fuerit, cujuscunque loci, in quo Religiosus ille reperiatur, nec etiam Episcopo integrum esse, prohibere, quin Superior localis aliquem ex tali Conventu removeat.

VI. An si a tali Conventu ex rationabili causa unus vel plures ex sex Religiosis ibi degentibus absint, Restitutionis gratia sit nulla, & Conventus remaneat suppressus R. gratiam ob id non esse nullam, si absit fraus.

VII. An ab hujusmodi declaratione liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare &c. R. licere duntaxat ad effectum devolutivum, non suspensivum.

Sæc. XVII. Præter hanc Constitutionem in super
 A. C. 1655. Pontifex die vigesima quarta Septem-
 bris Conventum S. Mariæ de Victoria
 seu Seminarium S. Pauli Carmelitarum
 Discalceatorum Provinciali Romano ab-
 judicavit, ita tamen, ut Seminaribus
 necnon controversiarum, & linguarum
 Orientalium Professores ibidem dege-
 tes a Congregatione Cardinalium de
 Propaganda eligantur, & amoveantur
 necnon ex redditibus ejusdem Seminar-
 per ejusdem Congregationis Ministrum
 alantur. Denique idem Pontifex Pro-
 privilegia Ordinis SS. Trinitatis, & ejus-
 dem Confraternitatum die nona De-
 cembris confirmavit.

§. XC.

*Diversæ Sacrarum Congregationum
 decisiones.*

*Decis. S.
 Congr. Con-
 til. Rit. &c.*

Pari etiam sollicitudine pro conser-
 vanda Ecclesiæ disciplina, & er-
 dicandis morum corruptelis desudabat
 sacræ Congregationes Romanæ, & quæ
 dem primo S. Concilii Congregatio
 vigesima prima Maji decedit, quod
 missi, vel expulsi ab aliquibus Religio-
 nibus non admittantur ad Concursum
 sive oppositionem pro obtinendis pre-
 bendis Pœnitentiariæ in Ecclesiis Ca-
 thedralibus Regnorum Castiliæ, & Le-
 gionis